



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 20. Edicti Ambasiani articuli de pace cum Calvinistis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

augendas, quam extinguendas belli flammam aptos cognosceret, circumspicte illos in colloquio producere reuult, moxque ad Reginam animo magis pacato accedens, cum eadem usque ad duodecimam Martii pacifcebatur, qua etiam die pax sancita, ac conclusa fuit, omnesque articuli eo tenore fuere subscripti, quo in edicto hanc in rem die decima nona Martii in Ambrosiana arce promulgato continebantur.

§. XX.

Edicti Ambrosiani articuli de pace cum Calvinistis.

Recueil. de tout ce qui s'est passé pour &c contre les Protestantes par le Fevre p. 15

Mezer. ab-vege chron. tom. 5. p. 117. Mem. de Casteln. l. 4. c. 11.

Hoc edictum sequentes complectebatur articulos: I. In omnibus urbibus, in quibus spurixæ reformationis, ac Religionis affectu die septima ejusdem Mensis Martii eandem sectam profitendi libertate gaudebant, eadem quoque impofterum ibidem, exceptis tamen Ecclesiis, atque Ecclesiasticorum ædibus fruuntur. II. In singulis Præfecturis, in locis Senescalli jurisdictioni obnoxiiis, & Legatariis Provinciis Præsidum regimini subjectis, uti Peronnæ, Montis-Desiderii, Raugæ, Rupellæ, atque in aliis ejusmodi civitatibus, in quibus ad supremas Curias provocatio est, locus aliquis ad publicum Religionis suæ usum idoneus, vel in suburbiis, vel

vel in loco hisce urbibus vicino assignetur, desuper tamen excipitur urbs, suburbium & Præfectura Parisiensis. III. Proceribus, & Nobilibus in jurisdictionibus suis merum Imperium habentibus pariter libera, ac publica Religionis suæ professio, sicut, & cunctis judiciario eorum foro obnoxiiis permittatur: aliis vero Nobilibus, qui suprema jurisdictione non gaudent, hoc idem jus duntaxat in privatis eorum domibus concedetur. IV. Omnes in hoc bello capti utrinque absque lytro liberati reddentur. V. Exteri milites missione facta, tam Calvinistæ, quam Catholici ad suam patriam reverti permittentur. VI. Rex plenam præteritorum oblivionem Condæo Principi, Maris Præfecto, omnibusque aliis, qui ejus partes secuti in nuperis tumultibus stipendia merebantur, concedet: insuper Rex declarabit, quod cuncta in ejus obsequium gesta fuerint, nec ei liberum sit, in hucusque attentata inquirere. VII. Illi, qui spurix Reformationis sectam profitentur, nullum fœdus cum exteris inire, nec quacunque ex causa illos in Gallias evocare, aut milites conducere, vel alere poterunt, si non specialis Regis jussus, vel permissio adsit.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.